

SCRIPTA

Numéro Scripta : 1229

Auteur(s) : Jean de Trévières [clerc]

Bénéficiaire(s) : Bayeux (chapitre cathédral)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1259, février

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Le clerc Jean de Trévières renonce à tout droit sur la grange de dîme de Mandeville et ses dépendances données par Thomas Néel au chapitre de Bayeux.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Bourrienne Valentin (Abbé), *Antiquus cartularius ecclesiae Baiocensis (Livre noir)*, Rouen-Paris, Lestringant-Picard (Société de l'histoire de Normandie), 1902-1903, 2 vol., n° CCCCXLVIII, t. 2, p. 177-178.

Dissertation critique

Février 1258 est proposé par V. Bourrienne.

Texte établi d'après a

Omnibus Christi fidelibus, ad quos hæc præsens carta pervenerit, Johannes de Treveriis, clericus, filius Guilleberti de Treveriis, quondam militis, salutem in Domino. Noverint universi quod ego prædictus Johannes et Thomas Neel, de Magnevilla juxta Treverias, armiger, filius Ricardi Neel, quondam militis, talem contractum et talem pactionem insimul fecissemus quod ego debebam habere et jure hæreditario possidere de cetero grangiam quam habebat idem Thomas apud Magnevillam, sitam prope portam monasterii ejusdem villæ, cum curia anteriori et terra dictæ grangiæ retro adjacente. Postmodum, ita convenit inter me et dictum Thomam quod ego prædictus Johannes dimisi penitus et quietavi prædicto Thomæ grangiam, cum tota prædicta curia, quæ est ante dictam grangiam, sicut se extendit in longuo et lato, usque ad queminum Regis, et cum septem pedibus terræ circonquaque dictam grangiam existentibus in longo et lato. Quam quidem grangiam, cum prædicta curia et cum septem pedibus terræ in longo et lato existentibus circonquaque, prædictus Thomas dedit et concessit capitulo Baiocensi, tali modo quod ego prædictus Johannes et hæredes mei non poterimus in prædictis grangia, curia et septem pedibus terræ, aliquid de cetero reclamare, seu facere aliquatenus reclamare, nec alio modo poterimus impedire quin prædictum capitulum prædictam grangiam, cum curia et septem pedibus terræ supradictis, teneat et possideat de cetero, libere et quiete, et exinde suam possit facere penitus voluntatem, et ne aliqua molestia prædicto capitulo a me et meis hæredibus super hoc inferri valeat in futurum. Ego prædictus Johannes præsentem cartam prædicto capitulo feci et tradidi sigilli mei munimine roboratam. Actum est hoc anno gratiæ millesimo ducesimo quinquagesimo octavo, mense februarii.